Bernardus Claravallensis: Sermones super Cantica canticorum. Add: Gilbertus de Hoilandia: Sermones super Cantica canticorum

Strassburg: Martin Flach (printer of Strassburg), 1497 Seite 85



Iniquitas denicꝫ ſedet ſuper talentũ plũ
bi: Uides ꝙ non faciat hominẽ rectuꝫ fi
des etiam recta que non operatꝛ ex dilecti
one. At qui ſine dilectione eſt: non habet
vnde diligat ſponſam. Sed nec opera q̃ꝫ
uis recta: rectum cor efficere ſufficiũt ſine
fide. Quis enim rectũ dicat hominẽ: non
placentẽ deo? Sine fide autẽ impoſſibile
eſt placere deo. Qui non placet deo: non
poteſt illi placere deuſ. Nam cui placꝫ de
us: deo diſplicere non poteſt. Porro cui
non placet deus: nec ſponſa eius. Quo/
modo ergo rectus q̇ nec deum diligit nec
eccleſiam dei cui dicitꝛ. recti diligũt te? Si
ergo nec fides ſine operibus. nec opera ſi
ne fide ſufficiunt ad animi rectitudinem:
nos qui in chriſtũ credimꝰ fratres rectas
ſtudeamus facere vias noſtras et ſtudia
noſtra. Leuemus corda noſtra cũ mani/
bus ad deum: vt toti recti inueniamur: fi
dei noſtre rectitudinẽ: rectiſ actibus com
probantes: dilectores ſpõſe: dilecti a ſpõ/
ſo Jeſu chriſto domino noſtro. qui eſt de
us benedictus in ſecula Amen.

Sermo. xxv.

D

Ecce quod di/
xerim in ſermone: quia emulis
laceſſientibus: ſponſa reſpon/
dere cogatur. que corpore quidẽ ꝺ nume
ro adoleſcentularuꝫ eſſe videntur: animo
autẽ longe ſunt. Ait nempe. Nigra ſum ſꝫ
formoſa filie hieruſalem. Patet ꝙ detra/
herent ei: nigredinẽ improperãtes. Sed
aduerte ſponſe patientiã ac benignitateꝫ.
Non modo enĩ non reddidit maledictuꝫ
pro maledicto: ſed inſuper benedixit: fili/
as hieruſaleꝫ vocans. que magis pro ſua
nequicia filie babilonis: vel filie baal aut
ſi quod aliud nomen improperij occurriſ
ſet: appellari meruerant. Sane didicerat
a propheta. immo ab ipſa vnctione: que
docet ſuauitatem. calamũ quaſſatum nõ
conterendũ: ⁊ linũ fumigans non extin/
guendum. Propterea nõ putauit ampli/
us irritandas ſatis ꝯmotas per ſe: nec q̇c
q̃ꝫ addendum ſtimulis inuidie qua torq̃
bantur. Magis autem cum his qui ode
runt pacẽ ſtuduit eſſe pacifica. ſciẽs ſe eti/
am inſipientibus debitricem. Maluit er
go ipſas fauorabili demulcere vocabulo.

quia cure fuit ei infirmarum potius ope/
ram dare ſaluti q̃ꝫ proprie vltioni. Omni
bus quidẽ optanda eſt iſta perfectio. pro/
prie autẽ optimorum forma eſt prelato/
rum. Sciunt quippe boni fideleſcꝫ pre/
poſiti languentium ſibi creditam anima/
rum curã: non pompaꝫ. Cũcꝫ internum
murmur cuiuſpiã illarũ querule vocis in
dicio deprehendunt: ⁊ ſi in ipſos vſcꝫ ad
conuicia ⁊ contumelias prorumpentis:
medicos ſe ⁊ non dominos agnoſcentes
parant confeſtim aduerſus freneſim ani/
me: non vindictã: ſed medicinã. Hec igi/
tur ratio cur ſponſa filias hieruſalẽ dicat
eas ipſas q̃s maliuolas ſuſtinet atcꝫ ma/
ledicas. videlicet vt ĩ blando ſermone de/
liniet murmurantes: cõmotionem ſedet:
ſanet liuoreꝫ. Scriptũ eſt enim. Lingua
pacifica compeſcit lites. Alias vero filie
reuera hieruſalem quodãmodo ſunt que
huiuſmodi ſunt: nec falſo ita eas nomĩat
ſponſa. Siue enim ꝑpter ſacramenta ec/
cleſie. que indifferenter quidẽ cum bonis
ſuſcipiunt: ſiue ꝑpter fidei eque cõmuneꝫ
confeſſionẽ: ſiue ob fidelium corporalem
ſaltẽ ſocietatem: ſeu etiã propter ſpem fu/
ture ſalutis: a qua om̄ino ñ ſuntq̃ꝫ diu hic
viuunt vel tales deſperande quamtũlibꝫ
viuant deſperate: non incongrue filie hie/
ruſalem nominantꝛ. ¶ Uideamus iaꝫ q̇d
illud fuerit dicere: nigra ſum ſed formoſa. N
Nulla ne in his verbis repugnantia eſt?
Abſit. Propter ſimplices dico qui inter
colorem ⁊ formã diſcernere non nouerũt
cum forma ad compoſitõnẽ pertineat: ni
gredo color ſit. Nõ om̄e denicꝫ quod ni/
grum eſt: continue deforme eſt. Nigredo
(verbi cauſa) in pupilla non dedecet. Et
nigri quidam lapilli in ornamentis pla/
cent. ⁊ nigri capilli candidis vultibus eti
am decorem augent ⁊ gratiam. Sic tibi
quocꝫ facile aduertere eſt in rebꝫ innume
ris. Quãq̃ꝫ ſine numero ſunt: que in ſup/
ficie quidem reperies decoloria. in com/
poſitione vero decora. Tali fortaſſis mo
do poteſt ſponſa cum pulcritudine vtiqꝫ
compoſitionis. neuo nõ carere nigredis
ſed ſane in loco peregrinationis ſue. Alio
quin erit cũ eã ſibi ĩ patria exhibebit ſpõ
ſus glie glioſam. nõ habentẽ maculã aut
rugã. aut aliq̇d hmõi. At ꝟo nũc ſi diceꝛꝫ
qꝛ nigredinẽ nõ haberet. ſeipam ſeduceret

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-317/0085
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt